



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXXVIII. Romana primogenituræ de Amadoris. De eadem materia  
fructuum ex bonis, de quibus dispositum est ad favorem nascituri, ad  
quam pertineant, An ad primò honoratum qui nascituro est ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

tra limitationem, ut advertunt Mantica dicto lib. 7.  
tit. 10. numer. 7. & Peregr. art. 49. num. 29. 3 Adco-  
ut testator disponat debita aliaque onera hæredi-  
taria adimpleri cum fructibus, non per hoc indu-  
cta censetur istorum prohibito, quin gravati favo-  
re cedant, quia potius id resolutum in consilium, eis  
que ad gravati favorem cedentibus factò casu resti-  
tutionis detrahuntur debita cum eis soluta, ut firmatum fuit per Rotam in Aesina fideicommissi 8. Iunii  
1618. Vbaldo, & habetur in sua materia substit. de de-  
trationibus.

*Neque obstante videbantur firmata in dicta decis.*  
12. 682. par. 2. rec., quæ verè potissima causa fuit resolu-  
tionum repetit. apud Gratian. dicta discept. 540.,  
Tum quia ibi cumulus fructuum cedebat favore ag-  
nationis, qui principaliter consideratus fuit; Tum  
elarius, quia ibi fructus jam de facto cumulati fue-  
rant, ac extrahant, unde duo resultabant, Primo  
quod ita intrare non poterat dicta conclusio de fru-  
ctibus bona vel non mala fide consumptis; Et se-  
cundo, quod dicta observantia cumulandi &c inven-  
tiendi fructus ab initio interpretabatur, quod talis  
esset disponentis voluntas, qua eriam in verbis clara  
videbatur, ideoque præfatae decisionis casus ab  
illo præstantis controversia omnino diversus vide-  
batur.

Quoverò ad dictam responsionem in decisionibus deductam , de principali debitore ratione mala fidei nunquam præscribente , Advertebam procedi cum æquivoco manifesto circa dicta conclusionis alioquin in suo casu vera malam applicationem , illa siquidem rectè procedit , quando debitor unam tantum personam gerat debitorem ab ejus creditore pulsati ad solvendum id quod debet de præscriptione excipientis , lecus autem in isto casu , in quo gravati duplicum diversam personam repræsentabant , Unam debitorum census , Alteram verò legatariorum ita gravatorum , qua personarum diversitas diversi respectibus rectè dari potest in una & eadem persona materiali , ut in his terminis possessoris fideicommissi vel majoratus , aut feudi qui sit ex persona propria debitor vel creditor sui ipius possessoris feudi vel majoratus , seu fideicommissi , ceteris relatis habetur apud Molin , de primogenitura lib . I . q . 26 . num . 10 . cum sequen . , Salgad , in labyrinth par . 2 . cap . 28 . de Marin . resol . 21 . tom . 2 . , & habetur frequenter sub tit . de credito , ac etiam sub tit . de feudis diso . 23 . , Et sic dicebam quod isti legatarii & respectivè debitores per actum occultum à lege subintellectum dicti census fructus singulis annis tanquam legatarii exegerant à seipsis tanquam debitoribus , ac si à tertio debitore exegissent , ita ex titulo legati penes eos remanentibus non autem jure debiti non soluti .

ROMANA  
PRIMogenituræ  
DE AMADORIS.

*Discursus pro veritate in congressu.*

De eadem materia fructuum ex bonis,  
de quibus dispositum est ad favo-  
rem nascituri, ad quem pertineant,

- An ad primò honoratum qui no  
scituro est restituturus, vel ad alter  
ulteriores substitutos ipsi nasciuntur.  
Et incidenter de alimentis debitis  
possessori fideicommisi, veillant  
successionem sperat, aut qui possu  
scituro administret.

S V M M A R I V M .

1 **F**acti series.

2 **V**ocato nascituro, fructus interim comi  
bent ad ipsius nascituru, vel eius substitutum.

3 **P**rocedit ubi agitur de prima, & directe nasci  
nascituro, cui per vulgarem datu*s* est *f*iducia.

4 **S**ecus autem ubi **v**ocatio est per fideicommisum.

5 **D**e ratione differencia inter unum casum, & an-

6 **D**e ratione dubitandi de applicatione dicta definitio.

7 **P**aganus non habet duplicum heredem, si datur  
trinomus, sed id conceditur solum milie*s* in  
datario.

8 **A**ppellatione bonorum, quid non veniant iuri*s*,  
ctiones.

9 **A**n conclusio, de qua n. 7, procedat ubi agitur  
causa.

10 **D**e errore non distinguendi casu, de quo loquuntur.

11 **D**e alimentis debitibus possessori fideicommisi.

12 **D**e salario debito tutori, vel administranti.

DISC. CLXXXVII

**F**oelix de Amadoris, instituto Franciscano  
ei post mortem substitutus proximiorum  
sanguineum sub diversis legibus, & con-  
tibus ad rem non facientibus, magis auctoritate  
quam alias practicaverint probantibus homines  
stultitiam curandi administrare bona propter  
mortem, dandique vivendilegum secesserat  
dum inobservantibus, sed ut plurimum facient  
de directo oppositum; Franciscus autem in his  
etiam Amadori ejusque descendenterum, quin  
titerunt, vocavit filium primogenitum Ugolini  
perpetua primogenitura ad favorem ejus des-  
tentum, in quorum defectum vocavit tria pri-  
ca, Et Amadorus denum moriens abfuit pro  
bonis Florentiae institutu dictum Ugolinum, in  
lis vero Urbis filios nascituros ejusdem cum Agnus  
ad rem non facientibus, & in eorum defelchamen-  
dam locum pium; Cumque Ugolinus obtem-  
pore decerni administrati aciem bonorum dilectorum  
Francisci & Amadori de quibus ad communitatem  
securorum ut supra dispositum era, sub consenserunt  
præstanti cautionem de bene administrando, proinde  
proinde occasione adimplendi dictam conditionem  
præstatæ cautionis, sive istam renovandi, orta ex  
trajudicialis dubitatio, an eam præstatæ debeat  
ipsi bonis in forte principali tantum, vel etiam  
fructibus perciendi & cumplandi ad favorem  
nasciturorum, & in eorum defectum ad favorem  
rum locorum substitutorum; Atque super hoc, mem-  
oria non suggerente, an ad solius Ugolinum  
corditer ad ipsius ac substitutorum intentum po-  
rium Advocatorum consilium pro veritate ejus  
cum fuit, quorum unus ego fui, deincepsque  
non acquiescentibus, desuper introducere in causa  
in Rota coram Beriliaque initulata, Romana rebus  
nis rationis, in qua sub die . . . . .  
diit resolutio contra Ugolinum dictis suis locis in  
stitutis favorabilis pro cumulo etiam fiduciam, 20  
proprio

proposita verò causa sub die 27. Februarii 1663, dicta prior resolutio reformata fuit, ut scilicet cumulari deberent fructus excrecentes ultra alimenta ipsi Vgolino ex eis debita, quæ resolutio aditum præbuit concordia, controversia finem danti.

In his autem disputationibus habitis in Rota, ego non scripsi, ideoque super unius vel alterius resolutionis probabilitate judicium efformare non posui; Quatenus verò pertinet ad ea, quæ in dicto congreßu super hoc puncto fructuum examinata fuerunt, ceteri absque alia distinctione vel ratiocinio, innixi solis auctoritatibus, simpliciter ac indefinite credebat fructus iure administratorio cumulandos esse ad favorem nasciturorum, quatenus nascerentur, si minus ad favorem substitutorum, quitanquam per vulgarem obtentur essent omnia ad primò vocatum pertinentia ex auctoritate Cephalii cons. 450. Menob. cons. 105. & cons. 500. Surd. cons. 125. Granian. discept. 540. Rota apud Martin. Andr. decis. 58. & decis. 682. part. 2. sec. Non fuerat autem deducere decisiones super hoc puncto in Romana legati 3. Iunii 1658. & 16. Iunii 1659. coram Cerro editæ in causa de quo supra disc. proxime precedenti, cum adhuc causus non esset disputatus.

Mihi verò videbatur non ita indefinite procedendum esse, sed cum distinctione inter bona Amadori, & illa Francisci; Quod primam enim specimen admitebam de plano procedere dictam conclusionem, eo quia nasciturus vocati essent, non mediante seu oblique iure substitutionis & fideicommissi sed directè ac immediate iure institutionis unde propterea dominum bonorum interim penè ipsam hereditatem existens, producet fructus ad commodum eius, quitanquam primò institutus extiterit erat dominus, qualis erat vel nasciturus, vel eo non nasciturus substitutus per vulgarem, quæ prima institutio dicitur, atque in his terminis loquuntur prædictæ omnes auctoritates excepta prædicta decisione coram Martin. Andr. atque in hoc concordabam cum aliis super fructuum cumulo, absque eo quod possessor posset eos sibi applicare, cum revera nullum haberet titulum eos percipiendi, eisque possesso ad meram tenutam restringebatur, illamque administrationem, quæ juxta unam opinionem debita est patri ejus, qui nasciturus ac hæres extiterus est, de qua supra in Bonon. de Luperis disc. 7.

Quoverad ad aliam bonorum speciem Fælicis, filii nasciturus, cui substituta fuerunt loca pia, vocatus non fuit directè, ac immediate iure institutionis, sed per vocationem obliquum seu fideicommissarium, cum alter primò vocatus esset ut supra. Et consequenter diversus esset casus, quoniam cum juxta veram ac hodie absolutam opinionem plures in præcedentibus insinuatam, hæres qui fideicommissum gravatus est interim dicatur verus ac perfectus dominus, atque de consequenti, non data contraria testatoris voluntate suos faciat fructus tanquam dominii sequelam juxta deductum dicto disc. præced. cum aliis proximis supra & infra ad hanc materiam percepionis fructuum; Hinc proinde resultat, quod donec purificata conditione restitutio fiat causa istius, ob quam certificato fideicommissario, constituantur in mora regulari vel irregulari resolvente ejus dominum, seu per quam agnoscat se non esse amplius dominum, interim ipse vel eius hæres percipiat ac suos faciat fructus iure dominii ita continuans, ob adhuc non factum casum restitutio, ut per Castren. in l. qui duos ff. de vulgar. & pupill. Peregr. cons. 42. numer. 8. lib. 4. Rota decis. 517. num. finali par. 4. di-

vers. & insinuatur etiam supra dicto discurs. 7.

Et quamvis d. decis 58. Martin. Andr. loquatur etiam de isto casu, in quo nasciturus iure obliquum seu per fideicommissum vocatus est, attamen mihi videbatur de illa in hoc proposito quidquid sic in suo casu rationem habendam non videri, cum non descendat ad has distinctiones, sed simpliciter procedat cum dictis auctoritatibus percutientibus alium supradictum casum primus ac directæ vocationis nascitur, in quo longè diversa est ratio, cum in eo, ut supra, possessor nullum haeat dominium vel titulum faciendo fructus suos, eiusque titulus sit merè administratorius ad commodum nasciturus vel substituti; In altero autem possesso referatur ad titulum dominii, cuius regularis sequela est perceptio ac pertinencia fructuum, cum nasciturus ita extiterus non sit dominus ab initio juxta casum directæ vocationis, sed postquam per eum nativitatem purificata est substitutionis conditio, ut etiam advertitur dict. preced.

Quamvis autem hec, ita in abstracto considerata, viderentur in punto juris vera, adhuc tamen ego dubitabam de applicatione, ex ea facti circumstantia, quod primò institutus, cuius favore velejus hæreditis præmissa omnia procedunt, est dictus Amadorius, qui de omnibus ejus bonis Urbis disponuerat directè ad favorem nasciturus, & consequenter, quod etiam isti fructus ita caderent sub dicta prima specie seu prima parte distinctionis, magis ex iudicio Amadori, quam Fælicis primi testatori.

Adhuc tamen considerabam difficultatem removere posse ex eo quod revera Vgolinius quamvis per Amadorum ad bona Florentia vocatus esset, ut ita contradistinguenter bona Urbis, in effectu tamen cum dispositio eius favore concepta esset per viam institutionis hæreditis, totum caperet, dispositio verò ad favorem nasciturorum importarer solum legatum seu institutionem particularē, cum de jure in pago non detur duplex hæres, vel duplex hæreditas, quaravì bona in diversis locis ac ditionibus essent, cum id solūm concedatur militibus, quorum loco hodie in hoc proposito successerunt feudatarii duplex patrimonium ac duplēm diversum paganicum ac militarem hæredem habentibus, ut frequenter in sua materia subtit. de feudiis, praesertim disc. 21. & seqq. atque de non danda dicta duplicitate hæreditis in pagano, ceteris relatis Rota decis. 131. & 368. part 9. sec. cum aliis deductis in proximè insinuatis discursibus sub tit. de Feudiis; Et consequenter, quod istud legatum ad favorem nasciturū utpote conceptum de bonis ipsius testatoris quia in Urbe habebat, non caperet istud ius, quod tanquam constituentia tertiaria speciem non veniat sub nomine bonorum, juxta ea quæ ad salvandam donationem o. 8 minium bonorum careris relatis habentur in Tudentina coram Cerro decis. 273. part. II. sec. num. 12. & 13. cum similibus.

Verum responsio neque videbatur tuta; Tum ob favorem pia causa substituta dupliciter in proposito operativum; Primo scilicet quia eius favore lata non autem stricta legati interpretatio facienda est in eo quod pluris, ubi praesertim hæres est extraneus, non autem filius, inter quem solūm ipsamque piam causam cadit maiori favoris vel dilectionis questio; Tum etiam quia ut supra disc. 108. & alibi advertitur ac etiam in sua propria materia sub tit. de Testamentis, pia causa non subiaceat dispositioni ac subtilitatibus iuris civilis circa dictam prohibitio nem duplicitis hæreditis, sed in ea attenditur sola veritas naturalis; Unde propterea cum naturalicer, &

de facto testator, vel nascituros, vel piam causam in patrimonio Vrbis successorem habere voluit, ita successio tanquam universalis potius dicenda videtur omnium completiva.

At ulterius si posito eodem discursu de quo supra, ut bona primi testatoris donec per nativitatem iure obliqui vocati fiat causa substitutionis, dicuntur perseverare in dominio primò instituti, qui ad restitutionem sub certa conditione gravatus est, ergo interim etiam hæc bona veniescant sub nomine bonorum ipsius secundi testatoris, cum ita quamvis resolubiliter sua essent.

Discurribam hæc, Tum ad insinuandum ita casum respectuistorum honorum censeri posse honesta concordia dignum, Tum etiam ad insinuandum curientem errorem seu abusum ita in cœca fide efformandi judicium cum solis doctrinis seu auctoritatibus, non distingendo causas in quibus loquantur, neque eorum fundamenta indagando, tam circa subsistentialiam, quam fortius data etiam subsistentialia, circa congruam, vel incongruam appellationem super qua frequentior error versari solet.

De punto alimentorum disputato in Rota aitum non fuit, Credebam tamen illum in proposito non intrare, cum ea qua ex dispositione textus in l. 1. circa principium versc. sed si incertum ff. de ventre in possessionem mittendo & aliis habentur apud Surd. de alimentis tit. 1. quest. 8 num. 4. Et per Rotam decis. 53. post Fenzon, ad Statut. cum quibus proceditur in ultima decisione ut supra edita, procedans favore eius, quod futurus successor speratur, sive ejus qui jam successionem obtinuerit, ejusque possessor sit, sed ex testatoris iudicio interdicta sit perceptio fructuum, juxta causam de quo infra disc. 190 Secus autem in præsentiquod possessor, tam in re, quam in spe posita directa vocatione nascituri, à substitutione alienus erat, ejusque possesso ad solum titulum administratoria referenda veniebat, ideoque ad summum aliquid pretendi non posse videbatur, nisi salarium pro labore administrationis quadrutori illud petenti ab initio deberi ac decernendum esse habetur apud Franch decis. 122, ubi add Bellon. jun. cons. 94. cum aliis per Zacciam de salario quest. 87. Et generaliter de salario praestando administratori patrimonii vacantis plenè habetur apud Saligad in Labyrim part. 3. cap. C 9 atque hic pro meo iudicio videbatur melior magisque iuridicus titulus cohonestativus pereceptionis partis istorum fructuum, quam ille alimentorum verè impropus, ac propterea ex hoc laudavi concordiam.

## PISAUREN. FIDEICOMMISSI DE OLIVERIIS

PRO

JO ANNE ANDREA OLIVERIO

CUM

PETRO ANTONIO FRATRE.

*Responsum pro veritate.*

De eadem materia pertinentiæ fructu-

um inter gravarum & fiduciarum missarium; Et an restituantur fructus percepti in casu contraventionis fideicommissi penalium seu permanentem civilem apertiendi; Et de cum lo eorumdem fructuum, communis superficatione, seu multiplicatio testatorem injuncto, quomodo ad quid obliget,

SVMMARIVM.

1. Causa controversia.
2. Quod cadens à fideicommissi rationem restitutus etiam fructus.
3. Declaratur quando id procedat.
4. Quando mulier transfusa ad secunda via fructus.
5. Suscipiens onus faciendo investimentum vel cum tenore ad quanti intercessi illud unum etiam, & idem si demandetur a ipsam.
6. Sub nomine honorum hereditariorum contentum in etate investire deberent in bona statim in hereditatis augmentum, ac res pecuniarum dis feminis. Atque juxta deducta dicta dicitur, non ponetur Petrum Antonium ob supernumerariam primogenituram incompatibilem casare ab ejus portione hujus fideicommissi. Hinc inde ex parte Joannis Andrei fratris consultus fui Primò scilicet, an praefatus Petrus Antonius teneretur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum; Secundo, quatenus non quod factum non erat investimentum metu fructuum iuxta præceptum testatoris, an Iohannes Antonius teneretur necdum ad dictam restitucionem, sed etiam ad eorum fructus. Etum fructus per viam superficationis, si multiplici, ac si investimentum factum esset; Etiam quan rationem fructus calculandi esset.
7. Ad quam rationem fructus futuri investimentum debent taxari, & quomodo.

DISC. CLXXXIX.

R Etent facti serie, de qua supra in hac causa d. 14. Cum testator Oliverius institutus & substitutus, ut sola medietate bonorum hereditariorum contentum in etate investire deberent in bona statim in hereditatis augmentum, ac res pecuniarum dis feminis. Atque juxta deducta dicta dicitur, non ponetur Petrum Antonium ob supernumerariam primogenituram incompatibilem casare ab ejus portione hujus fideicommissi. Hinc inde ex parte Joannis Andrei fratris consultus fui Primò scilicet, an praefatus Petrus Antonius teneretur ad restitutionem omnium fructuum perceptorum; Secundo, quatenus non quod factum non erat investimentum metu fructuum iuxta præceptum testatoris, an Iohannes Antonius teneretur necdum ad dictam restitucionem, sed etiam ad eorum fructus. Etum fructus per viam superficationis, si multiplici, ac si investimentum factum esset; Etiam quan rationem fructus calculandi esset.

Ad primum, ut ibi ac alibi in hac materia immutabilitatis seu vacationis fideicommissi permanentem civilem habetur, respondi negavit. Quod enim Paris. conf. 19. lib. 1. & aliqui sequentes, certe locum esse restitutione fructuum, quoniam honestus cadit ab hereditate vel fideicommisso oblationem cognominis, ac insignium contra personam testatoris, quod ex ipsis vel legis dispositi præsestet caducitatem ac mortem civilem. Item verius est contrarium, quoniam honestus non sit dolosa seu alias redolent delictum, immo pollicivi testatoris; Sive quod procedat in confirmatione eius quod adiectum est per viam confirmationis defectus habeat vim retrogradam, et cuius defectus habeat vim retrogradam, et singat eum nunquam suffit hereditem iuxta conditionem inter dispositionem de hanc dalem de qua disc. 154. Vel an agatur de hereditate